

ADVENTO E NATAL

Bênção das casas na Epifania, com o giz

Ritual Romano, para a festa da Epifania

A bênção do giz e das casas no Dia de Reis, e o 20 + C + M + B + 27 sobre a porta

LATIM

BENEDICTIO CRETAE

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit caelum et terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Benedic, Domine Deus, creaturam istam cretae: ut sit salutaris humano generi; et praesta per invocationem nominis tui sanctissimi, ut, quicumque ex ea sumpserint, vel in ea in domus suae portis scripserint nomina sanctorum tuorum Gasparis, Melchioris et Baltassar, per eorum intercessionem et merita, corporis sanitatem et animae tutelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum.
℟. Amen.
(Et aspergatur aqua benedicta.)

BENEDICTIO DOMORUM

℣. Pax huic domui.
℟. Et omnibus habitantibus in ea.

PORTUGUÊS

BÊNÇÃO DO GIZ (NA IGREJA, PELO SACERDOTE)

℣. O nosso auxílio está no nome do Senhor.
℟. Que fez o céu e a terra.
℣. O Senhor esteja convosco.
℟. E com o teu espírito.

Abençoai, Senhor Deus, esta criatura, o giz, para que seja salutar ao gênero humano; e concedei, pela invocação do vosso santíssimo nome, que todos os que dele tomarem, ou com ele escreverem nas portas de sua casa os nomes dos vossos santos Gaspar, Melchior e Baltasar, recebam, por sua intercessão e seus méritos, a saúde do corpo e a proteção da alma. Por Cristo, Senhor nosso.
℟. Amém.
(E asperge-se o giz com água benta.)

BÊNÇÃO DA CASA (AO ENTRAR)

℣. A paz esteja nesta casa.
℟. E com todos os que nela habitam.

Ant. Ab Oriente venerunt Magi in Bethlehem adorare Dominum: et apertis thesauris suis pretiosa munera obtulerunt, aurum Regi magno, thus Deo vero, myrrham sepulturae eius. Alleluia.

Ant. Do Oriente vieram os Magos a Belém para adorar o Senhor; e, abrindo os seus tesouros, ofereceram presentes preciosos: ouro ao grande Rei, incenso ao Deus verdadeiro, mirra para a sua sepultura. Aleluia.

CANTICUM B. MARIAE VIRGINIS (LUC. 1, 46-55)

Magnificat anima mea Dominum,
et exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo.
Quia respexit humilitatem ancillae suae:
ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
Quia fecit mihi magna qui potens est:
et sanctum nomen eius.
Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio suo:
dispersit superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede,
et exaltavit humiles.
Esurientes implevit bonis:
et divites dimisit inanes.
Suscepit Israel puerum suum,
recordatus misericordiae suae.
Sicut locutus est ad patres nostros,
Abraham et semini eius in saecula.
Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio, et nunc, et semper,
et in saecula saeculorum. Amen.

CÂNTICO DE NOSSA SENHORA (LC 1,46-55)

A minha alma engrandece ao Senhor,
e o meu espírito se alegrou por extremo em Deus, meu Salvador.
Por ele ter posto os olhos na baixeza de sua escrava:
porque eis aí, de hoje em diante, me chamarão bem-aventurada todas as gerações.
Porque me fez grandes coisas o que é poderoso:
e santo o seu nome.
E a sua misericórdia se estende de geração a geração
sobre os que o temem.
Ele manifestou o poder do seu braço:
dissipou os que no fundo do seu coração formavam altivos pensamentos.
Depôs do trono os poderosos,
e elevou os humildes.
Encheu de bens os que tinham fome:
e despediu vazios os que eram ricos.
Tomou debaixo da sua proteção a Israel, seu servo,
lembrado da sua misericórdia.
Assim como o tinha prometido a nossos pais,
a Abraão e à sua posteridade para sempre.
Glória ao Pai, e ao Filho, e ao Espírito Santo.
Assim como era no princípio, agora e sempre,
e por todos os séculos dos séculos. Amém.

(Interea aspergitur et incensatur domus, et in fine repetitur antiphona Ab Oriente venerunt.)

(Enquanto isso, a casa é aspergida com água benta e incensada; no fim, repete-se a antífona Do Oriente vieram os Magos.)

Pater noster (secreto)...
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Omnes de Saba venient.
℟. Aurum et thus deferentes.
℣. Domine, exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.
Deus, qui hodierna die Unigenitum tuum gentibus stella duce revelasti: concede propitius; ut, qui iam te ex fide cognovimus, usque ad contemplandam speciem tuae celsitudinis perducamur. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.
℟. Amen.

Responsorium. Illuminare, illuminare, Ierusalem, quia venit lux tua: et gloria Domini super te orta est, Iesus Christus ex Maria Virgine.
℣. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui.
℟. Et gloria Domini super te orta est.

Oremus.
Benedic, Domine Deus omnipotens, domum istam: ut sit in ea sanitas, castitas, victoriae virtus, humilitas, bonitas et mansuetudo, plenitudo legis, et gratiarum actio Deo Patri, et Filio, et Spiritui Sancto; et haec benedictio maneat super hanc domum, et super habitantes in ea. Per Christum Dominum nostrum.
℟. Amen.

Pai nosso... (em silêncio)
℣. E não nos deixeis cair em tentação.
℟. Mas livrai-nos do mal.
℣. Todos virão de Sabá.
℟. Trazendo ouro e incenso.
℣. Senhor, ouvi a minha oração.
℟. E chegue até vós o meu clamor.
℣. O Senhor esteja convosco.
℟. E com o teu espírito.

Oremos.
Ó Deus, que neste dia revelastes aos gentios o vosso Filho Unigênito, guiando-os por uma estrela, concedei-nos propício que, conhecendo-vos já pela fé, sejamos conduzidos até a contemplação da beleza da vossa majestade. Pelo mesmo Jesus Cristo, vosso Filho, Nosso Senhor, que convosco vive e reina na unidade do Espírito Santo, Deus, por todos os séculos dos séculos.
℟. Amém.

Responsório. Ilumina-te, ilumina-te, Jerusalém, porque chegou a tua luz, e a glória do Senhor raiou sobre ti: Jesus Cristo, nascido da Virgem Maria.
℣. E as nações caminharão na tua luz, e os reis no esplendor da tua aurora.
℟. E a glória do Senhor raiou sobre ti.

Oremos.
Abençoai, Senhor Deus todo-poderoso, esta casa, para que nela haja saúde, castidade, a força da vitória, humildade, bondade e mansidão, a plenitude da lei e a ação de graças a Deus Pai, e ao Filho, e ao Espírito Santo; e que esta bênção permaneça sobre esta casa e sobre os que nela habitam. Por Cristo, Senhor nosso.
℟. Amém.

SUPER IANUAM

20 + C + M + B + 27

NA PORTA, COM O GIZ BENTO

20 + C + M + B + 27